Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



44

ta die: et in nomine tuo confitebimur in se
culum. Nunc autem reppulisti et confu
disti nos: et non egredieris deus in uirtuti
bus nostris. Auertisti nos retrorsum post
inimicos nostros: et qui oderunt nos diri
piebant sibi. Vendidisti populum tuum
sine pretio: et non fuit multitudo in cõmu
tationibus eorum. Posuisti nos obpro
brium uicinis nostris: subsannationem et de
risum his qui sunt in circuitu nostro. Po
suisti nos in similitudinem gentibus: cõmo
tionem capitis in populis. Tota die uere
cundia mea contra me est: et confusio fa
ciei cooperuit me. A uoce exprobrantis
et obloquentis: a facie inimici et persequen
tis. Hec omnia uenerunt super nos. nec
obliti sumus te: et inique non egimus in
testamento tuo. Et non recessit retro cor
nostrum: et declinasti semitas nostras a
via tua. Quoniam humiliasti nos in

dedisti nos tanquam oues escarum et in gentibus dispersisti nos

Dedisti nos tanquam oues escarum et in gentibus dispersisti nos